Residuum Frodoardi

N.ro 79.

955.

Rex Otho Hungaris de locis suis prædatum progredientibus obviam profectus, pugnavit cum eis, et vicit, nec eos ingredi Regna sua permisit. ---- Hungari cum immensis Copijs, et ingenti multitudine Bajoariam ingrediuntur, volentes venire in Franciam, contra quos Otho Rex cum Burislao Sarmatarum Principe, et Conrado jam sibi pacificato, pugnavit, et eosdem Hungaros interimens, cunctos pene delevit; Conradus autem qui valde fortiter ea die pugnaverat, et Regem præcipue de victoria confortaverat ibidem peremptus est. --- Post hoc bellum [pugnavit] Rex Otho cum duobus Sarmatas Regibus, et suffragante sibi Burislao Rege, quem dudum sibi subdiderat, victoria potitus est.

Ex Hepidani Monachi S. Galli Annalibus brevibus.

889.

Arnolphus in Regnum elevatur; in cujus temporibus Agareni (Ungari) in istas Regiones primitus venerunt.

893.

Arnolphus contra ~~Mosaten~~ Maravensis pergebat, et Agarenos (Ungaros) ubi reclusi erant, dimisit.

~~900~~ 899.

Agareni (Ungari) Italiam intraverunt, et Longobardos bello vicerunt.

900.

Arnolphus Imperator obijt. Ludovicus filius ejus in Regnum elevatur adhuc puerulus. Norici cum Agarenis pugnaverunt, et partem ex eis occiderunt.

901.

Zwentiboleh Rex à suis interficitur.

902

Agareni à Bajoarijs ad prandium vocati, ubi Rex eorum Chussol occisus est, et alij quamplurimi cum eo.

908.

Bajoariorum omnis exercitus ab Agarenis occiditur

909.

Agareni in Alemaniam.

910.

Agareni cum Alemanis, et Francis pugnaverunt, eosque vicerunt, et Norici partem ex eis occiderunt.

911.

Ludovicus Rex filius Arnulfi Regis obijt, et Domnus Chuonradus Regnum accepit.

913.

Agareni Alemaniam intraverunt. Erchanger, et Bertholdt frater ejus et Udalrichus Comes auxiliante illis nepote eorum Arnolfo optimo Duce Bajoariorum totum exercitum eorum juxta Inne fluvium penitus occiderunt, nisi XXX viros.

&

~~96~~
916.

Erchanger, et frater ejus Berthold, et Liutfrid capti, et occisi sunt. Wiberat reclusa est.

925.

Purchardus dux in Italia dolo occiditur. Agareni monasterium S. Galli invaserunt, Wiberat martyrizata est.

N.B. NB

N.B. De quadam invasione hac agitur Tom. III Script. Francie. Auth. Duchesne pag. 488 in Exceptis historicis ex libris de casibus S. Galli. (sub Henrico Imperatore)

943.

omnis Agarenorum exercitus à Bajoariis occisus est

953.

Discordia exorta est inter Ottonem, et filium ejus Liutolfum Ducem Alemanorum

955.

Otto Rex cum Agarenis pugnabat in festivitate S. Laurentii eosque Deo auxiliante devicit, et erat numerus eorum centum millia et multi eorum comprehensi sunt cum Rege eorum nomine Pulszi, et suspensi sunt in patibulis; et aliud bellum cum eis gerebatur à Boemanis, ubi comprehensus est Rex illorum nomine Lele extincto exercitu ejus.

N.

Idem Hermannus anno 1040, jam utitur voce Ungarii: vocatque Petrum Regem Ungarorum

---

Chronicon Hildesheimense.

906.

Ungarii vastaverunt Saxoniam

908.

Liudboldus Dux cum aliis multis interfectus est ab Ungariis.

909.

Burchard Dux Thuringiorum occisus est ab Ungariis.

910.

Ludovicus Rex pugnavit contra Ungarios

911.

Ungarii vastaverunt Franciam, et Thuringiam

915.

Ungarii vastantes omnia, venerunt usque ad Fuldam

949.

Cuonradus Dux Lib. conduxit filiam Regis Ottonis in habitatricem

950.

Bellum magnum factum est, inter Bavarios et Ungarios

953.

Satis acerba, et nimium crudelis dissensio exorta est inter Liudulfum filium Regis, et Patruum ejus Henricum ipso Rege partes fratris sui adjuvante, mansitque per duos annos in incendiis, cædibus et depopulationibus, multique non solum de populo, sed etiam de optimatibus occubuerunt

955.

Otto Rex Ungarios cum magno periculo sui, horum magna et cruenta cæde prostravit, in quo tamen bello Cuonradus dux gener Regis, cum aliis multis occisus est

Annales Hildesheim.

1003

Stephanus Rex Ungariæ super Avunculum suum Julum cum exercitu venit, quem cum comprehendisset cum uxore, et filiis duobus Regnum ejus, vi ad christianitatem compulit.

N.

Ditmarus in suo Chronico lib. II etiam hujus Belli meminit fusius, verum Anni 955.